



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Per Epistolam. parag. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

consensum debent elicere, dum administrant. Cum ergo in casu nostro, saltem alter conjux, qui est fatus, non consentit, ut dictum est, in personam amentis, fieri Matrimonium non poterit.

Verba Procuratoris ad Matrimonium.

15. Quinta difficultas. Quibus verbis debet Procurator uti, quando, nomine principali, Matrimonium contrahit? Respondeo: His, vel similibus verbis: *Talis consentit in te, vel accipit te in virum, vel uxorem, me mediante, vel Recipio te in virum, & uxorem nomine talis persona.* Ita Sanch. a Sed, 11. d. 6. quia unum Parochus debet assistere huic Matrimonio per Procuratorem celebrato? Respondeo, de hoc agam infra. b

§. II.

Per Epistolam.

16. Cum certum sit, etiam per Epistolam, ut ceteri civiles contractus, posse Sacramentum Matrimonii celebrari, solum hic ejus praxim apponere debemus, quam his verbis affert Castropal. c. Debet traditio, & acceptatio utriusque contrahentis coram eodem Parochio, & Testibus fieri, alias non possent testari de Matrimonio: Id vero fiet, si scribas Maria, te ipsum in maritum ei tradere, eamque in uxorem, ex tunc acciperes ipsaque legens litteras cum Parochio, & Testibus, affirmet, se etiam tibi tradere, & traditionem a testam acceptare. En tibi, quomodo traditis, & acceptatio utriusque contrahentis sit coram Parochio, & Testibus. Existimo tamen, necessarium esse, quid Parochus, & Testes agnoscant tuas litteras, ut sic sciant, cuius traditionem mulier acceptat, ut notavit Coninck. Hac Castropalaus.

17. Dices. Is; qui per Epistolam (idem qui, per Procuratorem) contrahit Matrimonium, ignorat, an alter sit bene dispositus ad Sacramentum, ejusque effectum suscipendum: Ergo subit periculum cooperandi cum peccato alterius, si forte ille sit in statu peccati.

18. Respondeo. Cum quilibet, sit existi Tambrinus de Sacramentis.

mandus bonus, nisi contrarium constet, poterit alius morali certitudine presumere, alium esse bene dispositum.

19. Illud certe advertendum est, ipsos principales contrahentes debere esse in statu gratiae, non quidem necessariò eo tempore, quo Procuratorem constituant, vel Epistolam scribunt, sed eo, quo verisimile est, fore, ut Procurator nomine ipsorum contrahat, vel quo Epistola legatur, quia, ut diximus, & fuisse dicemus inferius, ipsi principales sunt Ministri, & suscepentes hujus Sacramenti. d. Procurator autem ipse d. Lege Sæc. non peccat, si, dum contrahit Matrimonium, est in statu letalis peccati: quia, nec n. 29. & recipit in se Sacramentum, nec nomine suo 30. ministrat.

Dua Monitiones ad contrahentes per Procuratorem, vel Epistolam.

20. Prima. Sanc. e hic appositè monet, e Sanc. l. c. optimè facturos contrahentes per Procuratorem, vel Epistolam, si deinde per se ipsos iterum contrahant, ut certius sit Matrimonium, si forte illegitimum quid intercurrerit. Nec timeas, (inquit) de iteratione, qua licet in aliis Sacramentis, manente eadem materia, prohibeat, non tamen prohibetur in Sacramento matrimonii, quia hoc fundatur in ratione contractus civilis, qui iterari ex se potest. & soler. Adde tamen (ut patet ex iis, quæ dicuntur inferioris) non semper fieri Sacramen- f Tr. 5. de tum, quoties renovatur consensus, sed maxime solum, quando primo, perficitur contra- ut Sacra. etus, si antea propter aliquem defectum, ca. 3. nu. 3. legitimè perfectus non fuit.

21. Secunda, prudenter monet Coninck. g. in hunc modum: Sed hac (contrahere g. Coninck. scilicet per litteras) extra necessitatem non a. 24. n. 6. sunt practicanda, quia alia via commodiores 80. fine. possunt facile reperiri. Hac ille, & certe, etiam, quando est necessitas, secundior via est per Procuratorem, quam per litteras.